NIENTO
URCIA
HIVO
2
A
2

200… Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

AYUNTAMIENTO

ESTE EJEMPLAR,

POR SU TAMAÑO Y/O

ESTADO DE CONSERVACIÓN

**NO SE PUEDE FOTOCOPIAR**

Acuerdo Comisión de Gobierno: 27 octubre, 1988

2008 Ministerio de Cultura

1

R. 2016

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

✠

# PIJSSIMA ERGA DEI GENITRICEM devotio, ad impetrandam graciam pro articulo mortis.

*EX SERAPHICO Doctori Divo Bonaventura deprompta*

Con licencia: Impreſſo en Murcia, y ſe hallarà caſa de Juan Royo. 1733.

BIBLIOTECA
©2008 Ministerio de Cultura

EL Eminentiſsimo Señor Cardenal Arçobiſpo de Toledo, concediò cien dias de Indulgencia por cada vez que ſe rezàre con devocion eſte Oficio de Nueſtra Señora. Y el Iluſtriſsimo Señor Arçobiſpo de Sevilla concediò quarenta dias. Y aſsi miſmo el Excelentiſsimo Señor D. Antonio Ibañez de la *Riva* Herrera, Arçobiſpo de Zaragoça, concediò otros quarenta dias de Indulgencia.

2008 Ministerio de Cultura

## LICENCIA.

NOs el Dr. Don Franciſco Linero Leſcano, Canonigo de la Inſigne Colegial del Sacro Monte de Granada, Governador, Proviſor, y Vicario general deſte Obiſpado de Cartagena, por el Eminentiſsimo Señor Cardenal Belluga, mi Sr. Obiſpo de dicho Obiſpado del Conſejo de ſu Mageſtad, &c. Por la preſente damos licencia à Joſeph Diaz Cayuelas, Impreſſor de eſta Ciudad, para que pueda imprimir vn libro de media quartilla, impreſſo en las Ciudades de Mallorca, y Zaragoza, cuyo titulo es, *Piiſsima Erga, &c.* ſin que en ello incurra en pena alguna. Dada en Murcia, à veinte y quatro de Octubre, de mil ſetecientos y veinte y vn años.

Dr. LINERO.

Por ſu mandado.

*Andrès Sanchez Ortega.*



2008 Ministerio de Cultura



2008 Ministerio de Cultura

## SVPPLICATIO

# AD B. VIRGINEM MARIAM.

Ave Maria.

℣. ILumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.

℟. Ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuvandum me feſtina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto: Sicut erat, &c.

HYM.

2008 Ministerio de Cultura

## HYMNUS.

MEmento rerum conditor,
Noſtri quod olim corporis
Sacrata ab alvo Virginis
Naſcendo formam ſumpſeris.
Maria Mater Gratiæ,
Dulcis Parens clementiæ;
Tu nos ab hoſte protege,
Et mortis hora ſuſcipe.
Jeſu tibi ſit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu.
In Sempiterna Sæcula. Amen.

## ANTIPHONA.

Conforta Virgo.

*Pſalm.* I.

BEatus vir, qui diligit nomen tuum Maria Virgo: gratia

tua

2008 Ministerio de Cultura

tua animam eius confortabit.

Tanquam lignum aquarum fontibus irrigatum, vberrimos fructus iuſtitiæ propagabit.

Benedicta tu inter mulieres, propter humilitatem, & credulitatem Sancti cordis tui.

Vniverſas enim fœminas vincis pulchritudine carnis: Superas Angelos, & Archangelos excellentia Sanctitatis.

Miſericordia tua, & gratia vbique prædicatur: Deus operibus manuum tuarum benedixit.

Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Antiph.* Conforta Virgo Maria animam eius, qui invocat nomen tuum, quia miſericordia tua, & gratia vbique prædicatur.

*Antiph.*

08 Ministerio de Cultura

*Antiph.* Protegat nos dextera tua; &c.

*Pſalm.* 2.

QVare fremuerunt inimici noſtri: & adverſum nos meditati ſunt inania?

Protegat nos dextera tua, Mater Dei: vt acies terribilis confundens, ac deſtruens eos.

Venite ad eam omnes, qui laboratis, & tribulati eſtis: & refrigerium dabit animabus veſtris.

Accedite ad eam in tentationibus veſtris: & ſtabiliet vos ſerenitas vultus eius.

Benedicite illam in toto corde veſtro: miſericordia enim illius plena eſt terra.

Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Antiph:*

2008 Ministerio de Cultura

*Antiph.* Protegat nos dextera tua Mater Dei: & da refrigerium, & ſolatium animabus noſtris.
*Antiph.* Deduc me.

*Pſalm. 3.*

DOmina, quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? in poteſtate tua perſequeris, & diſſipabis eos.

Diſſolve colligationes impietatis noſtræ: tolle faſciculum peccatorum noſtrorum.

Miſere mei Domina, & ſana infirmitatem meam: tolle dolorem, & anguſtiam cordis mei.

Ne tradas me manibus inimicorum meorum: & in die mortis meæ conforta animam meam.

Deduc me ad portum ſalutis: & Spiri-

2008 Ministerio de Cultura

Spiritum meum redde factori, & creatori meo.

Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Antiph.* Deduc me Domina ad portum ſalutis, & in die mortis meæ conforta animam meam.

*Antiph.* Ne proijcias.

*Pſalm.* 19.

EXaudias nos Domina in die tribulationis: & præcibus noſtris converte clementem faciem tuam.

Ne proijcias nos in tempore mortis noſtræ: ſed ſucurre animæ cum deſeruerit corpus ſuum.

Mitte Angelum in ocurſum eius: per quem à malignis hoſtibus defendatur.

Oſtende ei ſereniſsimum Judìcem

2008 Ministerio de Cultura

cem ſæculorum: qui ob tui gratiam indulgentiam ei largiatur.

Sentiat in pœnis refrigerium tuum: & concede ei locum inter electos Dei.

Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Antiph.* Ne proijcias nos Domina in tempore mortis noſtræ: ſed ſucurre animæ cum deſernerit corpus ſuum.

*Antiph.* Eſto Domina.

*Pſalm.* 24.

Ad te Domina levavi animam meam: in iudicio Dei, tuis precibus non erubeſcam.

Neque illudant mihi adverſarij mei: etenim præſumentes de te reborantur.

Non prævaleant adverſum me

laa

008 Ministerio de Cultura

laquei mortis:& caſtra malignantium non impediãt greſſus meos.

Collide impetum eorum virtute tua: & cum manſuetudine ocurre animæ meæ.

Ductrix mea eſto ad patriam: & me cætui Angelorum digneris aggregare.

Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Antiph.* Eſto Domina ductrix mea ad patriam, & in die mortis meæ ocurre cum manſuetudine animæ meæ.

PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ.

℟. Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

℣. Illumina oculos meos, ne vnquam

quam

2008 Ministerio de Cultura

quam obdormiam in morte.
℟. Ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.
℣. Salva me ex ore leonis.
℟. Et de manu canis vnicam meã.
℣. Salvum me fac in tua miſericordia.
℟. Domina non confundar, quoniam invocavi te.
℣. Ora pro nobis peccatoribus.
℟. Nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.
℣. Domina exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

## OREMVS.

PRopter terrores illius commotionis, qua cor tuum cõtre;

2008 Ministerio de Cultura

tremuit, Virgo beatiſsima, quando audiſti filium tuum dilectiſsimum ab impijs captum, ligatum, & ad ſupplicia tractum, & traditum: adiuva nos, vt cor noſtrum, nunc pro delictis noſtris terreatur, & moveatur ad pœnitentiam, ne mortis in hora ad occurſum adverſarij paveat, aut ad ſpectum tremendi Iudicis, acuſante conſcientia, contremiſcat, ſed potius faciem ſuam videns, in iubilo delectetur, ineffabiliterque lætetur: Præſtante eodem Domino noſtro Jeſu-Chriſto filio tuo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Vt

2008 Ministerio de Cultura

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Requieſcamus in pace. ℟. Amē.

## CANTICVM SANCTI BONAVENTURÆ.

TE Matrem Dei laudamus: te Mariam Virginem profitemur:

Te Æterni Patris Sponſam: omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, & Arcangeli: tibi Throni, & Principatus humiliter ſerviunt.

Tibi omnes Poteſtates, & ſupernæ virtutes Cæli Cœlorum: & vniverſæ Dominationes obediũt.

Tibi omnes Chori, tibi Cherubim, & Seraphim exultantes aſſiſtunt.

Tibi

2008 Ministerio de Cultura

Tibi omnes Angelicæ Creaturæ: inceſsabili voce proclamant.

Sancta, Sancta, Sancta Maria, Dei genitrix, Mater, & Virgo.

Pleni ſunt Cœli, & terra Maieſtatis gloriæ, fructus ventris tui.

Te glorioſus Apoſtolorum Chorus: ſui creatoris Matrem collaudat.

Te Beatorum Martyrum cætus candidatus: Chriſti Genitricem glorificat.

Te glorioſus Confeſſorum exercitus: Trinitatis Templum appellat.

Te Sanctarum Virginum chorea amabilis: Virginitatis, & humilitatis exemplum prædicat.

Te tota Cœleſtis Curia: Reginam honorat.

Te

2008 Ministerio de Cultura

Te per vniverſum orbem Eccle ſia invocando concelebrat.

Matrem Divinæ Maieſtatis.

Venerandam te veram Regis cœleſtis puerperam, Sanctam quoque dulcem, & piam.

Tu Angelorum Domina; tu Paradyſi ianua.

Tu Scala Regni cœleſtis; & gloriæ.

Tu Thalamus, tu Arca pietatis, & gratiæ.

Tu vena miſericordiæ, tu Spõſa, & Mater Regis æterni.

Tu Templum, & Sacrarium Spiritus Sancti, totius Beatiſsimæ Trinitatis nobile triclinium.

Tu mediatrix Dei, & hominum, amatrix mortalium, cœleſtis illuminatrix.

B Tu

2008 Ministerio de Cultura

Tu agonizatrix pugnantium, advocata pauperum, miſeratrix, & refugium peccatorum.

Tu erogatrix munerum, ſeparatrix, ac terror dœmonum, & ſuperborum.

Tu mundi Domina, cœli Regina, poſt Deum ſola ſpes noſtra.

Tu ſalus te invocantium, portus naufragantium, miſerorum ſolatium, pereuntium refugium.

Tu Mater omnium beatorum, gaudium plenum poſt Deum, omnium ſupernorum civium ſolatiũ

Tu promotrix iuſtorum, congregatrix errantium, promiſsio Patriarcharum.

Tu veritas Prophetarum, præconium, & doctrix Apoſtolorum,

2008 Ministerio de Cultura

rum, Magiſtra Evangeliſtarum.

Tu fortitudo Martyrum, exem plar Confeſſorum, honor, & feſ-tivitas Virginum.

Tu ad liberandum exulem hominem, filium Dei ſuſcepiſti in vterum.

Per te, expugnato hoſte antiquo, ſunt aperta fidelibus Regna Cœlorum.

Tu cum Filio tuo ſedes ad dexteram Patris.

Tu, ipſum pro nobis roga Virgo Maria: quem nos ad iudicandum credimus eſſe venturum.

Te ergo poſcimus, nobis tuis famulis ſubveni, qui prætioſo ſan guine Filij tui redempti ſumus.

Æterna fac, Pia Virgo Maria,



2008 Ministerio de Cultura

cum Sanctis tuis nos gloria munerari.

Salvum fac populum tuum Domina, vt ſimus participes hæreditatis Filij tui.

Et rege nos, & cuſtodi nos in æternum.

Per ſingulos dies, ò Domina Maria, te ſalutamus.

Et laudare te cupimus vſque in æternum mente, & voce.

Dignare dulcis Maria, nunc, & ſemper nos ſine delicto conſervare.

Miſerere pia nobis, miſerere nobis.

Fiat miſericordia tua magna nobiſcum, quia in te Virgo Maria confidimus.

In

2008 Ministerio de Cultura

In te dulcis Maria ſperamus, nos defendas in æternum.

Te decet laus, te decet imperium: tibi virtus, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

## AD LAVDES.

Deus in adiutorium meum intende, &c. Gloria Patri, &c.

*Aña.* Adiuva Domina.

*Pſalm. 92.*

DOminus regnavit, decorem induit: Matremque ſuam ornamento decoravit virtutum.

Adimpleat propitiationem ſuã in nobis Mater pacis: & viam æquitatis doceat ſervos ſuos.

Qui deſideratis ſapientiam Chriſti: ſervite Matri eius animo reverenti.

Quis

©2008 Ministerio de Cultura

Quis ſufficiet enarrare opera tua Domina? aut quis inveſtigavit theſauros miſericordiæ tuæ?

Suſtine, & adiuva deficientes in tentationibus ſuis: deſtina illos in ſortem veritatis. Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Adiuva Domina periclitantes in tentationibus, ne cadãt: deſtina illos in ſortem veritatis.

*Aña.* Reſpice Virgo.

*Pſalm. 65.*

IVbilate Dominæ noſtræ omnis terra, pſalite hymnum nomini eius: date honorificentiam maieſtati eius.

Benedictum ſit cor tuum Domina: quo ſinceritèr, & ardentèr tuum, ac Dei Filium dilexiſti.

Reſ-

2008 Ministerio de Cultura

Reſpice paupertatem meam,
glorioſa Virgo: miſeriam, & an-
guſtiam meam ne tardes auferre.
Aufer quoque tribulationem
meam: dulcifica languorem meũ.
Benedicat te omnis caro: &
glorificet te omnis lingua.
Jeſu tibi ſit gloria, &c.
*Aña.* Reſpice paupertatem me-
am, glorioſa Virgo: miſeriam, &
anguſtiam meã ne tardes auferre.
*Aña.* Cuſtodi.

*Pſalm. 62.*

DEus, Deus meus: pro Matre tua te glorifico.

Virginalitèr te concepit: & ſine anguſtia te parturivit.

Benedicta ſis, ò Domina noſtra: & pro nobis aſsiſte ante Thronum Dei.



2008 Ministerio de Cultura

Species, & claritas in conſpectu tuo: miſericordia, & charitas in animo tuo.

Cuſtodi animam meam Virgo benigna: vt numquam corruat in peccatum. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Cuſtodi animam meam Virgo benigna: vt nunquam corruat in peccatum.

*Aña.* Benedicamus.

## CANTICVM.

*Inſtar illius trium puerorum.*

Daniel. 3.

BEnedicite omnia opera Dominæ glorioſæ: laudate, & ſuperexaltate eam in ſæcula.

Benedicite Angeli Dominæ noſtræ: benedicite cœli Dominæ noſtræ.

Be-

2008 Ministerio de Cultura

Benedicat omnis creatura Dominam noſtram, quam Rex ſic voluit benedici.

Benedicta ſis, ò ſummi Regis filia, quæ odore præis cuncta lilia.

Benedicta ſis corona Dominarum omnium: benedicta ſis gloria Ieruſalem.

Odor tuus ſicut agri pleni, cui benedixit Dominus: qui in benedicentes te redundāt, irrigās omnia intima eorum.

Qui benedixerit tibi, ò Virgo beata, ſit ille iugiter benedictus.

Qui maledixerit tibi, roſa candidiſsima, ſit ille maledictus.

Non recedat de domo ſeruorū tuorum: vini, & olei abundantia.

In nomine tuo omne genuflectatur:

2008 Ministerio de Cultura

tatur: cœleſtium, terreſtrium; & infernorum.

Benedicamus Deum; qui te creavit: benedictus vterque parens, qui te generavit.

Benedicta ſis Domina in cœlo; & in terra: laudabilis, & glorioſa; & ſuperexaltata in ſæcula. Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Benedicamus Deum, qui creavit Mariam: benedicamus Mariam, quæ genuit Deum, & hominem.

*Aña.* Omnis Spiritus.

*Pſalm.* 148.

LAudate Dominam de cœlis: glorificate eam in excelſis.

Laudate eam omnes homines, & iumenta: volucres cœli, & piſces maris.

Lau-

2008 Ministerio de Cultura

Laudate eam Sol, & Luna: Stel
læ, & circuli Planetarum.

Laudate eam Cherubim, & Se-
raphim: Throni, Dominationes,
& Poteſtates.

Laudate eam omnes legiones
Angelorum: laudate eam omnes
ordines Spirituum Supernorum.
Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Omnis Spiritus laudet Ma
riam Dominam noſtram.

## *AD BEATISSIMAM Virginem Mariam.*

## ORATIO.

MAter Dei,
Memor eſto mei.

Ad-

2008 Ministerio de Cultura

Advocata peccatorum,
Audi preces famulorum.
Regina Cœlorum,
Regna in cordibus eorum.
Inclyta Mater,
Inclina tuas aures.
Alma, quæ tuos beas,
Audi preces meas.
Domina beatiſsima,
Semperque amantiſsima,
Omniumque gratiſsima,
Pulchra; & Immaculata,
Super æthera exaltata.
Audi amantem,
Exaudi clamantem,
Adiuva ſuſpirantem.
Clamat ad te peccator,
Suſpirat precator,
Nunc vivens,

Iam

2008 Ministerio de Cultura

Iam moriens.
In lachrymabili via
Adiuva, fove, refove;
O clemens! ò pia!
O dulcis Virgo Maria!
Amen.

## ORATIO.

## *PRO DOMINICA ex Divo Auguſtino.*

MEmorare, ò pijſsima Virgo Maria, non eſſe auditum à ſæculo, quemquam ad tua curren tem præſidia, tua implorantem ſuffragia, eſſe derelictum. Ego tali ani-

2008 Ministerio de Cultura

animatus confidentia, ad te, Virgo Virginum Mater, curro, ad te venio, coram te gemens, præcator aſsiſto: noli, Mater Verbi, verba mea deſpicere; ſed audi propitia, & axaudi. Amen.

## ORATIO.

*Pro feria II. Sancti Patris Noſtri Franciſci, in Opuſculo, fol. 19.*

ABſolvat, quæſo, Domine, mentem meam ab omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, ignita, & melliflua vis amoris tui: vt amore amoris tui moriar, quia amore amoris mei dignatus es mori. Per temetipſum Dei filium, qui cum Patre, &c.

ORA-

2008 Ministerio de Cultura

# ORATIO.

*Pro feria III. Sancti Patris Noſtri Franciſci, in Officio Paſsionis.*

SAncta Maria Virgo, non eſt tibi ſimilis nata in mundo in mulieribus, filia, & Ancilla Altiſsimi Regis Patris cœleſtis, Mater Sanctiſsima Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Sponſa Spiritus Sancti: ora pro nobis, cum Sancto Michaele Archangelo, omnibus Virtutibus cœlorum, & omnibus Sanctis, tuum Sanctiſsimum filium dilectiſsimum, Dominum noſtrum, & Magiſtrum. Amen.

ORA-

2008 Ministerio de Cultura

## ORATIO.

*Pro ferìa IV. Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ in Pſalterio B. Virginis.*

OMnipotẽs, Sempiterne Deus, qui pro nobis de caſtiſsima Virgine Maria naſci dignatus es: fac nos tibi caſto corpore ſervire, & humili mente placere. Qui vivis, & regnas, &c.

## ORATIO.

*Pro feria V. Eiuſdem S. Doctoris eodem loco.*

ORamus etiam te, piiſsima Virgo Maria, mundi Regina, & Angelorum Domina, vt eis, quos in Purgatorio ignis examinat, impetres refrigerium, peccatoribus indulgentiam, & iuſtis perſeve-

2008 Ministerio de Cultura

ſeverantiam in bono; nos quoque fragiles ab omnibus inſtantibus defende periculis. Per Dominum noſtrum, &c.

## ORATIO.

*Pro feria VI. Ex Devotionario Beatæ Virginis Mariæ.*

O Domina mea Sancta Maria; me in tuam benedictam fidem, ac ſingularem cuſtodiam, & in ſinum miſericordiæ tuæ hodie, & quotidie, & in hora exitus mei, animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem ſpem meam, & conſolationem meam; omnes anguſtias, & miſerias meas, vitam, & finem vitæ meæ tibi commito: vt per tuam Santiſ-



2008 Ministerio de Cultura.

ſimam interceſsionem, & per tua merita, omnia mea dirigantur; & diſponantur opera ſecundum tuam, tuique filij voluntatem. Amen.

## ORATIO.

*Pro Sabbato. Ex eodem Officio.*

O Maria Dei Genitrix, & Virgo gratioſa, omnium deſolatorum ad te clamantium conſolatrix vera: per illud magnum gaudium, quo conſolata es, quando cognoviſti Dominum Jeſum die tertia à mortuis impaſsibilem reſurrexiſſe, ſis conſolatrix animæ meæ, & apud eundem tuum, & Dei natum Vnigenitum, in die noviſsimo, quando cum anima, & corpore ero reſurrecturus, &

de

2008 Ministerio de Cultura

de ſingulis meis factis rationem redditurus, me digneris iuvari, vt perpetuæ damnationis ſententiã per te pia Mater, & Virgo, valeam evadere, & cum electis Dei omnibus, ad æterna gaudia fœliciter pervenire. Amen.

## FERIA SECVNDA.

Ave Maria.

℣. Illumina, &c. Memento, &c. vt ſupra in die Dominica.

*Aña.* In manus tuas.

*Pſalm.* 30.

IN te Domina ſperavi, non confundar in æternum: in gratia tua ſuſcipe me.

Inclina ad me aurem tuam: & in



2008 Ministerio de Cultura

in mærore meo lætifica me.

Tu es fortitudo mea, & refugium meum: conſolatio mea, & protectio mea.

Ad te Domina clamavi, dum tribularetur cor meum: & exaudiſti me de vertice collium æternorum.

Educas me de laqueo, quem abſconderunt mihi: quoniam tu es adiutrix mea.

In manus tuas Domina commendo ſpiritum meum: totam vitam meam, & diem meum noviſsimum. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Ant.* In manus tuas Domina commendo ſpiritum meum: totam vitam meam, & diem meum noviſsimum.



2008 Ministerio de Cultura

*Aña.* Miſerere mei, &c.

*Pſalm.* 38.

DIxi, cuſtodiam vias meas, ò Regina Cœli: cum per te Chiſti gratia fuit mihi data.

Dulçore tuo liquæfactum eſt cor meum: amore tuo inflamata ſunt viſcera mea.

Exaudi orationem meam Domina, & deprecationem meam: vt contabeſcant adverſarij mei.

Miſerere mei de cœlis, & de altitudine throni tui: & ne permittas me in valle miſeriæ cõturbari.

Cuſtodi pedem meum, ne labatur, & corruat: & in fine meo ſit præſens gratia tua. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Miſerere mei de cœlis Domina,

2008 Ministerio de Cultura

mina, & in fine meo ſit præſens gratia tua.

*Aña.* Sanctæ præces.

*Pſalmo.* 42.

IVdica me Domina, & dicerne Cauſam meam de gente perverſa: à ſerpente maligno, & dracone peſtifero libera me.

Sancta fæcunditas tua diſperdat eum, Beata Virginitas tua conterat caput eius.

Sanctæ preces tuæ corroborent nos contra eum: Sancta merita tua exinaniant virtutem eius.

Perſecutorem animæ meæ mitte in abyſum: puteus infernalis deglutiat eum viventem.

Ego autem, & anima mea in terra Captivitatis meæ: benedicam no-

2008 Ministerio de Cultura

nomen tuum, & glorificabo te in ſæcula ſæculorum.

Jeſu tibibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Sanctæ preces tuæ, Domina; corroborent me contra perſecutorem animæ meæ: & in die mortis meæ à ſerpente maligno libera me.

*Aña.* Ego autem Domina.

*Pſalm.* 54.

EXaudi Domina orationem meam: & ne contemnas deprecationem meam.

Contriſtatus ſum in cogitatione mea: quia iudicia Dei perterruerunt me.

Tenebræ mortis venerunt ſuper me: & pavor inferni horribiliter invaſsit me.

Ego

2008 Ministerio de Cultura

Ego autem in ſolitudine expec. to conſolationem tuam: & in cubili meo, præſtolor miſericordiam tuam.

Glorifica manum, & dexterum brachium tuum: vt proſternantur à nobis inimici noſtri. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Ego autem Domina attendo in cubili meo miſericordiam tuam: quia tenebræ mortis venerunt ſuper me.

*Aña.* Impetra nobis.

*Pſalm. 63.*

EXaudi Domina orationem meam cum deprecor: à pavore crudelis inimici libera animam meam.

Impetra nobis ſervulis tuis pacem,

2008 Ministerio de Cultura

cem ; & ſecuritatem in tremendo judicio.

Benedicta tu ſuper omnes mulieres: & benedictus Fructus Virginalis Ventris tui.

Illumina Domina oculos meos: & illuſtra cæcitatem meam.

Da mihi in te confidentiam bonam: in vita, & in interitu meo.

Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Añа.* Impetra nobis Domina pacem, & ſalutem in die noviſsimo: & da mihi confidentiam bonam in te, in vita, & in interitu meo.

PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ, Mater Miſericordiæ.

℟. Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe. ℣.

2008 Ministerio de Cultura

℣. Illumina oculos meos; ne vnquam obdormiam in morte.
℟. Ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.
℣. Salva me ex ore leonis.
℟. Et de manu canis vnicam meã.
℣. Salvum me fac in tua miſericordia.
℟. Domina non confundar, quoniam invocavi te.
℣. Ora pro nobis peccatoribus.
℟. Nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.
℣. Domina exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat;

OREMVS.

PRopter gemitus, & lachrymas, quibus afficiebaris, Virgo

2008 Ministerio de Cultura

go dulciſsima, quando vidiſti Filium tuum dulciſsimum iudicio præſentari, acriter flagellari, varijs illuſionibus, & oprobrijs affici: impetra nobis dolorem pro peccatis noſtris, & lachrymas ſalutiferæ cõtritionis: & adiuva nos, ne nobis poſsit inimicus illudere, neque diverſis, pro libito ſuo, tentationibus flagellare, devictosque ſtatuere terribili Judici, ſed magis ipſi acuſemus, & iudicemus nos metipſos de exceſsibus noſtris, & veræ pœnitentiæ diſciplinis flagellemus, vt veniam, & gratiam in tempore neceſsitatis, tribulationis, & anguſtiæ inveniamus, præſtante eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto Filio tuo. Amen.

℣.

2008 Ministerio de Cultura

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Requieſcamus in pace. ℟. Amē.
Te Matrem, &c. Vt Supra in Dominica.

## FERIA TERCERA.

Ave Maria.

℣. Illumina, &c. Memento, &c. vt ſupra in Dominica.

*Pſalm. 66.*

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: per illam, quæ eum genuit.

Miſerere noſtri Domina, & ora pro nobis: in Sanctam lætitiam converte mæſtitiam noſtram.

Illu-

2008 Ministerio de Cultura

Illumina me Stela Maris: Clarifica me Virgo Clariſsima.

Extingue ardorem noxium cordis mei: refrigera me gratia tua

Protegat me ſemper dextera tua: præſentia tua illuſtret finem meum. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Protegat me Domina gratia tua Semper: & præſentia tua illuſtret finem meum.

*Aña.* Aſsiſte Domina.

*Pſalm.* 72.

QVam bonus Isrrael Deus: ijs, qui dilectam Matrem ſuam colunt, & venerantur.

Ipſa enim eſt ſolatium vitæ noſtræ: in laboribus ſubventio opportuna.

Obtexit caligine hoſtis animam meam

2008 Ministerio de Cultura

meam in viſceribus meis: Domina fac lumen oriri.

Avertatur à me ira Dei per te: placa eũ meritis, & precibus tuis.

In iudicio Dei pro me aſsiſte coram eo: ſuſcipe cauſam meam, & mea ſis advocata. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Aſsiſte Domina pro me in iudicio coram Deo: eſto advocata mea, & ſuſcipe cauſam meam.

*Aña.* Erige Domina.

*Pſalm.* 76.

VOce mea ad Dominam clamavi: & ſolita ſua dulcedine intendit mihi.

Abſtulit à corde meo mæſtitiam, & mærorem: & ſuavitate ſua cor meũ dulcoravit.

For

2008 Ministerio de Cultura

Formidinem meam erexit in confidentiam bonam: & ſuo aſpectu columbino mentem meam ſtabilivit.

Adiutorios ãcto ſuo evaſi pericula mortis: & de manu ferocis, & crudelis ſubterfugi.

Gracias Deo, & tibi Mater pia: de omnibus, quæ aſſecutus ſum pietate, & miſericordia tua. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Erige Domina formidinem meam in cõfidentiam bonam: & fac vt adiutorio ſancto tuo evadam pericula mortis.

*Aña.* Expergiſcere.

*Pſalm. 79.*

QVi Regis Iſrael, intende ad me: fac me digne Matrem tuam collaudare. Ex.

2008 Ministerio de Cultura

Expergiſcere de pulvere anima mea: perge in occurſum Reginæ Cœli.

Solve vincula colli tui paupercula anima mea: & glorioſis laudibus accipe illam.

Odor vitæ de illa progreditur: & omnis ſalus de corde illius ſcaturizat.

Charismatum ſuorum fragrantia ſuavi: animæ mortuæ ſuſcitantur. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Expergiſcere de pulvere anima mea: perge in accurſum Reginæ Cœli.

*Aña.* Ne derelinquas.

*Pſalm.* 83.

QUam dilecta tabernacula tua Domina virtutum: quam ama-

2008 Ministerio de Cultura

amabilia tētoria requietionis tuæ!

Honorate illam peccatores: & impetrabit vobis ſalutem, & pacē.

Super thus, & balſamum orationis eius incenſum; preces eius nō revertētur vacuæ, nec inanes.

Intercede pro me Domina apud Chriſtum filium tuum: & ne derelinquas me in vita, neque in morte.

Benignus eſt enim Spiritus tuus: & gratia tua replet orbem terrarum. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Ne derelinquas me Domina in vita, neque in morte: Sed intercede pro me apud Chriſtum filium tuum.

PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ Mater miſericordiæ.



2008 Ministerio de Cultura

℟. Tu nos ab hoſte protege; & hora mortis ſuſcipe.

℣. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.

℟. Ne quando dicat inimicus meus prævalui adverſus eum.

℣. Salva me ex ore leonis.

℟. Et de manu canis vnicã meã.

℣. Salvum me fac in tua miſericordia.

℟. Domina non confundar, quoniam invocavi te.

℣. Ora pro nobis peccatoribus.

℟. Nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

℣. Domina exaudi orationem meam.

℟. Et clamor meus ad te veniat.

ORE-

2008 Ministerio de Cultura

# OREMVS.

PRopter anguſtias, & cruciatus, quos cor tuum ſuſtinuit, virgo beatiſsima, quando audiſti, filium tuum dilectiſsimum adiudicatum morti, & crucis ſuplicio: ſucurre nobis tempore infirmitatis noſtræ, quando corpus noſtrum dolore infirmitatis cruciabitur, & Spiritus noſter hinc propter inſidias dæmonum, illinc propter terrorem diſtricti iudicis anguſtiabitur: Subveni, inquam, nobis Domina tunc, ne damnationis æternæ contra nos proferatur ſententia, aut ne flammis gehennalibus tradamur æternaliter cruciãdi. Preſtante eodem Domino noſtro Jeſu



2008 Ministerio de Cultura

ſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorem. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Requieſcamus in pace. ℟. Amē.

Te Matrem, &c. Vt in die Dominica.

## FERIA QVARTA.

Ave Maria.

℣. Illumina, &c. Memento, &c. Vt in die Dominica.

*Aña.* Fac Domina.

*Pſalm.* 86.

FVndamenta Vitæ in anima iuſti, perſeverantis in Charitate

2008 Ministerio de Cultura

ritate tua vſque in finem.

Miſericordia tua relevat pauperem in adverſitate: & invocatio tui nominis immitit ei confidentiam bonam.

Miſerationibus tuis repletur paradyſus: & à terrore tuo hoſtis confunditur infernalis.

Qui ſperat in te, inveniet theſauros pacis: & qui te in hac vita non invocat, non perveniet ad Regnum Dei.

Fac Domina, vt vivamus in gratia Spiritus Sancti: & perduc animas noſtras ad beatum finem,

Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Fac Domina, vt vivamus in gratia Spiritus Sancti, & perduc animas noſtras ad ſanctum finem. *Aña.*

2008 Ministerio de Cultura

*Aña.* Gratioſus vultus.

*Pſalm.* 88.

MIſericordias tuas Domina: in æternum cantabo.

Vnguento pietatis tuæ medere contritis corde: & oleo miſericordiæ tuæ refove dolores noſtros.

Gratioſus Vultus tuus mihi appareat in extremis: formoſitas faciei tuæ lætificet egredientem ſpiritum meum.

Excita Spiritum meum ad amãdum bonitatem tuam: excita mentem meam ad extollendum nobilitatem, & excellẽtiam tuam.

Libera me ab omni tribulatione mala: & ab omni peccato cuſtodi animam meam. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.*

2008-Ministerio de Cultura

*Aña.* Gratioſus vultus tuus mihi appareat in extremis: formoſitas faciei tuæ lætificet egredientem Spiritum meum.

*Aña.* Qui ſperaverit.

*Pſalm. 90.*

QVi habitat in adiutorio Matris Dei: in protectione ipſius commorabitur.

Concurſus hoſtium non nocebit ei: & ſagitta volans non tanget eum.

Quoniam liberabit eum de laqueo inſidiantis: & ſub pennis eius proteget eum

Clamate ad illam in periculis veſtris: & flagellum non appropinquabit tabernaculo veſtro.

Fructus gratiæ inveniet, qui ſpe-

2008 Ministerio de Cultura

ſperaverit in illa: porta paradyſi reſerabitur ei. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Qui ſperaverit in te Domina, inveniet fructus gratiæ: & porta paradyſi reſerabitur ei.

*Aña.* Suſcipe.

*Pſalm.* 94.

VEnite exultemus Dominæ noſtræ: iubilemus Virgini Salutari noſtræ.

Præocupemus faciem eius in iubilatione: & in canticis lætitiæ collaudemus eam.

Venite, adoremus, & procidamus ante eam: confiteamur illi cum fletibus peccata noſtra.

Impetra nobis Domina indulgentiam plenam: aſsiſte pro nobis

2008 Ministerio de Cultura

nobis ante tribunal Dei.

Suſcipe in fine animas noſtras: & introduc nos in requiem æter- nam. Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Suſcipe Domina in fine ani- mas noſtras: & introduc nos in requiem æternam.

*Aña.* Sucurre.

*Pſalm. 99.*

IVbilate Dominæ noſtræ om- nes homines terræ: ſervite illi in lætitia, & iucunditate.

In toto animo veſtro accedite ad illam: & in omni virtute veſ- tra conſervate vias eius.

Inveſtigate illam, & manifeſta- bit ſe vobis: eſtote mundi corde, & apprehenderis eam.

Quibus auxiliata fueris Domi- na,

2008 Ministerio de Cultura

na, erit refrigerium pacis: & à quibus averteris vultum tuum, non erit eis ſpes ad ſalutem.

Recordare noſtri Domina, & non apprehendent nos mala: ſuccurre nobis in fine, & invenie-mus vitam æternam.

Ieſu tibi, ſit gloria, &c.

*Añã.* Succurre nobis Domina in fine: & non apprehendent nos mala, & inveniemus vitam æternam.

PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ.

℟. Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

℣. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.

℟.

2008 Ministerio de Cultura

℟. Ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.
℣. Salva me ex ore leonis.
℟. Et de manu Canis vnicã meã.
℣. Salvum me fac in tua miſericordia.
℟. Domina non confundar, quoniam invocavi te.
℣. Ora pro nobis peccatoribus.
℟. Nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.
℣. Domina exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

PRopter doloris gladium, qui pertranſivit animàm tuam, Virgo dulciſsima, quando Filium tuum dilectiſsimum cernebas nu

dum

2008 Ministerio de Cultura

dum in cruce levatum, clavis perforatum, ac per omnia laceratum plagis, ac verberibus, nec non & vulneribus: adiuva nos, vt & cor noſtrum nunc compaſsionis, & compũctionis gladius perfodiat, diviniqve amoris lancea vulneret; ita vt omnis peccati ſanguis effluat à pectore noſtro, & à noxis vitijs emundemur, virtutum indumentis decoremur, ſemperque mente, ac corpore de hac valle miſeriæ levemur ad cœleſtia, quo tandem cum promiſſus dies advenerit, pervenire ſpiritu, & corpore mereamur, præſtante eodẽ Domino noſtro Ieſu Chriſto Filio tuo, qui cum Patre, &c. ℟. Amen.



2008 Ministerio de Cultura

℣. Ora pro nobis, Sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Requieſcamus in pace. Amen. Te Matrem, &c. Vt ſupra in die Dominica.

## FERIA QVINTA.

Ave Maria.

℣. Illumina, &c. Memento, &c. Vt ſupra in die Dominica.

*Aña.* Conforta Domina.

*Pſalm* 100.

MIſericordiam, & iudicium cantabo tibi Domina: pſallam tibi in exultatione cordis cũ lætificaveris animam meam.

Laudabo nomen tuum, & gloriam

2008 Ministerio de Cultura

riam tuam: & præſtabis refrigerium animæ meæ.

Zelatus ſum amorem, & honorem tuum: ideo defendas cauſam meam ante judicem ſæculorum.

Allectus ſum gratia, & bonitate tua: oro ne frauder à ſpe, & confidentia bona.

Conforta animam meam in noviſsimis meis: & in carne iſta me fac meum conſpicere Salvatorem. Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Conforta Domina animam meam in noviſsimis: & defende cauſam meam ante iudicem Sæculorum.

*Aña.* Da Domina.

*Pſalm.*

2008 Ministerio de Cultura

*Pſalm.* 103.

BEnedic anima mea Virgini Mariæ: honor, & magnificentia eius in perpetuum.

Formoſitatem, & pulchritudinem induiſti, ò dulcis Maria: amicta es fulgenti, ac ſplendenti veſtimento.

De te procedit peccatorum medella: paſcis diſciplina, & fervor charitatis.

Imple nos ſervos tuos virtutibus altis: & ira Dei non appropinquet nobis.

Da brabium victoriæ ſperantibus in te: & noli eos oblviviſci in certamine mortis.

Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.*

2008 Ministerio de Cultura

*Aña.* Da Domina ſervitoribus tuis iucunditatem æternam: & noli eos obliviſci in certamine mortis.

*Aña.* Non expaveſcent.

*Pſalm.* 110.

COnfitebor tibi Domina in toto corde meo: glorificabo te in tota mente mea.

Opera gratiæ tuæ commemorabuntur:& teſtamentum miſericordiæ tuæ ante thronum Dei.

Per te miſſa eſt redemptio à Deo: ideo populus pænitens habebit ſpem ſalutis.

Intellectus bonus omnibus honorantibus te: & ſors illorum erit inter Angelos pacis.

Glorioſum, & admirabile eſt

nomen

2008 Ministerio de Cultura

nomen tuum: qui illud in corde retinent, non expaveſcent in puncto mortis. Ieſu tibi ſit, &c.

*Aña.* Non expaveſcent Domina, in puncto mortis, qui invocant nomen tuum: & ſors illorũ erit inter Angelos pacis.

*Aña.* In exitu.

*Pſalm.* 113.

IN exitu animæ meæ de hoc mundo: occurre illi Domina, & ſuſcipe illam.

Conſolare eam vultu ſancto tuo: aſpectus dœmonis non conturbet eam.

Eſto illi Scala ad Regnum Cœlorum, & iter rectum ad Paradyſum Dei.

Impetra ei à Patre indulgen-



2008 Ministerio de Cultura

tiam pacis: & ſedem lucis inter ſervulos tuos.

Suſtine devotos tuos ante tribunal Chriſti: ſuſcipe cauſam illorum in manibus tuis.

Ieſu tibi ſit gloria, &c.

Aña. In exitu animæ meæ de hoc mundo: occurre illi Domina, & ſuſcipe eam.

Aña. Circumdederunt.

Pſalm. 114.

DIlexi Matrem Domini Dei mei: & lux miſerationum eius infulſit mihi.

Circumdederunt me dolores mortis: ſed viſitatio Mariæ lætificabit me.

Dolorem, & periculum incurri: & recreatus ſum gratia illius.

No

2008 Ministerio de Cultura

Nomen eius, & memoria illius ſit in medio cordis noſtri: & nobis non nocebit ictus malignantis.

Convertere anima mea in laudem ipſius: & refrigerium invenies in noviſsimis tuis. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Circumdederunt me dolores mortis: & Viſitatio Mariæ lætificabit me.

PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ.

℟. Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

℣. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.

℟. Ne quando dicat inimicus

 meus,

2008 Ministerio de Cultura

meus, prævalui adverſus eum.
℣. Salva me ex ore leonis.
℟. Et de manu canis vnicam meã.
℣. Salvum me fac in tua miſericordia.
℟. Domina non confundar, quoniam invocavi te.
℣. Ora pro nobis peccatoribus.
℟. Nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.
℣. Domina exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

PRopter gravamen, & tormentum, quo torquebatur Spiritus tuus Virgo Sanctiſsima, quando iuxta crucem Filium tuum præ doloribus voce magna cla-

2008 Ministerio de Cultura

clamantem, te Matrem dilectam Joanni commendantem, in manuſque Dei Patris Spiritum tradentem attendebas: ſuccurre nobis in fine vitæ noſtræ, & maxime tunc, quando lingua noſtra nequiverit ſe ad te invocandum movere, cum oculi noſtri lumine privabuntur; aures ſurdeſcent,& obturabuntur, omneſque vires ſenſuum noſtrorum deficiẽt. Mea mento pijſsima Domina, tunc, quod nunc fundimus preces ad aures tuæ pietatis, & clementiæ; & ſubveni nobis in illa hora extremæ neceſsitatis, ac Filio tuo dilectiſsimo commenda Spiritum noſtrum, per quem tuo interventu, à tormentis,& terroribus omnibus

2008 Ministerio de Cultura

nibus eruamur, & ad deſideratam cœleſtis patriæ requiem perducamur. Præſtante eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto filio tuo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat, &c.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Requieſcamus in pace. ℟. Amẽ.

Te Matrem, &c. Vt ſupra in die Dominica.

## FERIA SEXTA.

### Ave Maria.

℣. Illumina, &c. Memento, &c. Vt ſupra in die Dominica.

*Añа.* In die mortis.

*Pſalm.*

2008 Ministerio de Cultura

*Pſalm.* 119.

AD Dominam Mariam cum tribularer, clamavi: & exau divit me.

Domina libera nos ab omni malo: cunctis diebus vitæ noſtræ.

Contere caput draconis inimici noſtri: pede inſuperabilis virtutis tuæ.

Quemadmodum exultavit ſpiritus tuus in Deo ſalutari tuo: ſic veram digneris infundere lætitiã cordi meo.

Ad Dominum accede rogatura pro nobis: vt per te noſtra peccata deleantur. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* In die mortis noſtræ infunde nobis Domina veram lætitiam,

2008 Ministerio de Cultura

tiam, ſicut exultavit Spiritus tuus in Deo ſalutari tuo.
*Aña.* Impetra nobis.

*Pſalm.* 221.

Lætatus ſum in te, Regina Cœli: quia te duce, in domum Domini ibimus.

Hieruſalem Cœleſtis Civitas ad te: Maria conducente, deveniamus.

Pacem, & indulgentiam; Virgo nobis impetra: & palmam de hoſtibus, & triumphum.

Conforta, & conſolare cor noſtrum: tuæ dulcedine pietatis.

Sic Domina tuam in nobis infunde clementiam: vt devote in Domino moriamur. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.*

2008 Ministerio de Cultura

*Aña.* Impetra nobis Domina pacem, & indulgentiam, vt devote in Domino moriamur.

*Aña.* Releva.

*Pſalm.* 124.

QVi confidunt in te Mater Dei: non timebunt à facie inimici.

Gaudete, & exultate omnes, qui diligitis Mariam: quia adiuvabit vos in die tribulationis veſtræ.

Reminiſcere miſerationum tuarum Domina: & releva peregrinationem incolatus noſtri.

Converte amabilem vultum tuum ſuper nos: confunde, & deſtrue omnes inimicos noſtros.

Benedicta ſint omnia opera

ma-

2008 Ministerio de Cultura

manuum tuarum Domina: benedicta ſint omnia ſancta miracula tua. Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Añ.* Releva Domina peregrinationem incolatus noſtri: & adiuva nos in die tribulationis.

*Aña.* Fac Domina.

*Pſalm.* 128.

SÆpe expugnaverunt me à iuventute mea inimici mei: libera me Domina, & vindica me ab ipſis.

Ne des illis poteſtatem in animam meam: cuſtodi omnia interiora, & exteriora mea.

Obtine nobis veniam peccatorum: & per te Sancti Spiritus gratia nobis detur.

Fac nos digne, & laudabiliter

pæ-

2008 Ministerio de Cultura

pænitere: vt beato fine ad Deum veniamus.

Placatum tunc, ac ſereniſsimum nobis oſtende: glorioſum Fructum ventris tui.

Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Fac Domina, vt beato fine ad eum veniamus, & oſtende nobis tunc placatum, glorioſum Fructum ventris tui.

*Aña.* Deduc me.

*Pſalm.* 129.

DE profundis clamavi ad te: Domina: Domina exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem laudis, & glorificationis tuæ.

Libera me de manu adverſario-

rio-

2008 Ministerio de Cultura

riorum meorum: confunde, & diſipa ingenia, & conatus eorum contra me.

Erue me in die mala: & in die mortis ne obliviſcaris animæ meæ.

Deduc me ad portum ſalutis: & inter iuſtos ſcribatur nomen meum. Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Deduc me Domina ad portum ſalutis: & in die mortis ne obliviſcaris animæ meæ.

PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ, Mater miſericordiæ.

℟. Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

℣. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.

℟. Ne

2008 Ministerio de Cultura

℟. Ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.
℣. Salva me ex ore leonis.
℟. Et de manu canis vnicam meam.
℣. Salvum me fac in tua miſericordia.
℟. Domina non confundar, quoniam invocavi te.
℣. Ora pro nobis peccatoribus.
℟. Nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.
℣. Domina exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

PRopter planctum acervi eius latus, quem profundo peccatoris fonte manante abſcondere non

2008 Ministerio de Cultura

non valebas Virgo Caſtiſsima; quando, vt pie creditur in amplexus ruebas exanimi Corporis Filij tui de cruce depoſiti, cuius genas ante nitentes, & ora rutilantia, mortis conſpiciebas perfundi palloribus, ipſumque totum concuſſum cernebas lividũ liboribus, ac conciſum vulnere ſuper vulnus: auxiliare nobis, vt nunc ſic noſtra plangamus facinora, & emplaſtris pœnitentiæ peccatorum curemus vulnera, vt dum corpus noſtrum morte deformatur, noſtra tunc rutilet anima candore innocentiæ, quatenus digni ſimus frui mellifluis oſculis, conſtringamurque amoroſis amplexibus ſuper omnia dulciſ-

ciſ-

2008 Ministério de Cultura

ciſsimi Filij tui Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.
℣. Ora pro nobis S. Dei genitrix.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.
℣. Requieſcamus in pace. ℟ Amē.
Te Matrem Dei, &c. Vt ſupra in die Dominica.

## SABBATO.

Ave Maria.

℣. Illumina, &c. Memento, &c. Vt ſupra in die Dominica.

*Aña.* Conforta nos.

*Pſalm.* 130.

DOmina non eſt exaltatum cor meum: neque ſublevati ſunt oculi mei.



2008 Ministerio de Cultura

Benedixit te Dominus in virtute ſua: qui per te ad nihilum redigit inimicos noſtros.

Benedictus ſit, qui te à peccato preſervavit: & mundam de matris vtero te produxit.

Benedictus ſit, qui te obumbravit: & ſua gratia te fæcundavit.

Benedic nos Domina, & conforta nos in gratia tua: vt per te ante conſpectum Domini præſentemur. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Conforta nos Domina in die mortis: vt per te ante cõſpectum Domini præſentemur.

*Aña.* Reſpiremus.

*Pſalm.* 134.

LAudate nomen Domini: benedicite nomen Mariæ Matris eius.

Ma-

2008 Ministerio de Cultura

Mariæ præcamina frequenta-te: & ſuſcitabit in vobis volupta-tes bonas.

In anima contrita veniamus ad illam: & non prævalebit ade-verſum nos cupiditas peccati.

Qui cogitat de illa in tranqui-litate mentis: inveniet dulcorem, & requiem pacis.

Reſpiremus ad illam in omni actione noſtra: & reſerabit nobis atria triumphantium. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Reſpiremus ad Mariam in die mortis noſtræ, & reſerabit nobis atria triumphantium.

*Aña.* In quacumque.

*Pſalm.* 137.

Confitebor tibi Domina in to-



2008 Ministerio de Cultura

to corde meo: quia per te expertus ſum clementiam Jeſu Chriſti.

Audi Domina verba mea, & preces meas: & in conſpectu Angelorum cantabo tibi laudes.

In quacumque die invocavero te, exaudi me: & multiplica virtutem in anima mea.

Confiteantur tibi omnes tribus, & linguæ: quia per te ſalus reſtituta eſt nobis.

Ab omni perturbatione libera ſervos tuos: & fac eos vivere ſub pace, & protectione tua. Jeſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* In quacumque die invocavero te Domina, exaudi me: & multiplica virtutem in anima mea.

*Aña.*

2008 Ministerio de Cultura

Aña. Hoſtis meus.

Pſalm. 141.

VOce mea ad Dominam clamavi: ipſamque humiliter deprecatus ſum.

Effudi in conſpectu eius lachrimas meas: & dolorem meum ei expoſui.

Inſidiatur hoſtis calcaneo meo: extendit contra me rete ſuum.

Adiuva me Domina, ne corruam coram eo: fac vt conteratur ſub pedibus meis.

Educ de carcere animam meam, vt confiteatur tibi, & pſallat Domino Deo forti in perpetuum.

Ieſu tibi ſit gloria, &c.

Aña. Hoſtis meus inſidiatur calcaneo meo: adiuva me Domina, ne corruam coram eo. Aña.

*Aña.* Cum exierit.

*Pſalm.* 145.

LAuda anima mea Dominam: glorificabo eam quandiu vixero.

Nolite ceſſare à laudibus illius: & per ſingula momenta recogitate illam.

Cum exierit ſpiritus meus, Domina, ſit tibi commendatus: & in terra ignota præſta illi ducatum.

Non conturbent eum culpæ prius commiſſæ: nec inquietent ipſum occurſus malignantis.

Perduc eum ad portum ſalutarem: vbi præſtoletur ſecurè adventum Redemptoris.

Ieſu tibi ſit gloria, &c.

*Aña.* Cum exierit, Domina, ſpiritus

2008 Ministerio de Cultura

tus meus, ſit tibi commendatus: & in terra ignota præſta illi ducatum.

PRECES.

℣. Maria Mater gratiæ, Mater Miſericordiæ.

℟. Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

℣. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.

℟. Ne quando dicat inimicus meus, prævalui adverſus eum.

℣. Salva me ex ore leonis.

℟. Et de manu canis vnicam meã

℣. Salvum me fac in tua miſericordia.

℟. Domina non confundar, quoniam invocavi te.

℣. Ora pro nobis peccatoribus.

℟.

2008 Ministerio de Cultura

℟. Nunc, & in hora mortis noſtræ. Amen.
℣. Domina exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

## OREMVS.

PRopter ſingultus, & ſuſpiria; indicibiliaque lamenta, quibus affligebantur intima tua, Virgo glorioſiſsima, quando filium tuum vnigenitum animæ tuæ ſolatium tibi ſublatum, & ſepultum videbas; ad nos exules filios Evæ ad te clamantes, & ſuſpirantes in hac valle lachrymarum, illos tuos miſericordes oculos converte: & Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exi-

2008 Ministerio de Cultura

exilium oſtende, tuisque ſuffragantibus meritis Eccleſiaſticis fac Sacramentis muniri, & fine beato conſummatos æterno Judici tandem miſericorditer præſentari. Præſtante eodem Domino noſtro Ieſu Chriſto, Filio tuo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat, in ſæcula ſæculorum. Amen.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

℣. Requieſcamus in pace.

℟. Amen.

Te Matrem Dei, &c. Vt ſupra in die Domica.

*****

SIM-

2008 Ministerio de Cultura

## SIMBOLVM S. BONAVENTVRÆ DE B. Virgine.

QVicumque vult ſalvus eſſe: ante omnia opus eſt, vt teneat de Maria firmã fidem.

Quam niſi quiſque integram, inviolatamque ſervaverit: abſque dubio in æternum peribit.

Quoniam ipſa ſola Virgo manens peperit: ſola cunctas hæreſes interemit.

Confundatur, & erubeſcat Hebræus: qui dicit, Chriſtum ex Joſeph ſemine eſſe natum.

Confundatur Manichæus: qui dicit, Chriſtum fictum habere corpus.

Palleat omnis; qui hoc ipſum aliunde: non de Maria dicit aſſumpſiſſe.

Idem

2008 Ministerio de Cultura

Idem namque Filius qui eſt Patris in divinis Vnigenitus: eſt & verus Vnigenitus Virginis Mariæ Filius.

In cœlis ſine Matre: in terris ſine Patre.

Nam ſicut anima rationalis, & caro, propter vnionem; de homine verè naſcitur: ita Deus & homo Chriſtus de Maria Virgine verè generatur.

Induens carnem de carne Virginis: quia ſic genus humanum redimi congruebat.

Qui ſecundùm divinitatem æqualis Patri: ſecundùm verò humanitatèm minor Patre.

Conceptus in vtero V. Mariæ, Angelo anuntiante, de Spiritu Sanc-

2008 Ministerio de Cultura

Sancto: non tamen Spiritus Sanctus eſt Pater ejus.

Genitus in mundum ſine poena carnis V. Matris: quia ſine delectatione carnis conceptus.

Quem lactavit Mater: vbere de coelo pleno.

Quem circumſtant Angeli obſtetricum vice: nuntiantes Paſtoribus gaudium magnum.

Hic à Magis muneribus adoratus, ab Herode in Ægyptum fugatus, à Ioanne in Iordane baptizatus: traditus, captus, flagellatus, crucifixus, mortuus, & ſepultus.

Cum gloria reſurrexit: ad coelos aſcendit.

Spiritum Sanctũ in Diſcipulos: & in Matrem miſit. Quam

2008 Ministerio de Cultura

Quam demum ipſe in Cœlum aſſumpſit: & ſedet ad dexteram Filij, non ceſſans pro nobis Filium exorare.

Hæc eſt fides de Maria Virgine, quam niſi quiſque fideliter, firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit.

## AD SANCTAM BARBARAM,

### COMMEMORATIO.

Aña. VEni Sponſa Chriſti, accipe coronam, quam tibi Dominus præparavit in æternum.

℣. Ora pro nobis, beata Barbara.

℟. Ut

2008 Ministerio de Cultura

℟. Vt Sacramenta dignæ percipe-
re mereamur.

## OREMVS.

CLementiſsime Domine Ieſu Chriſte, qui beatam Barbaram Virginem, & Martyrem tuam in vita, & in agone Fidei firmitate, & invincibili fortitudine mirabilem effeciſti: concede nobis famulis tuis, eius interventu, vt & in vita tibi fideliter ſerviamus, & ante mortem, per veram confeſsionem noſtra deploremus peccata; & tuum ſacratiſſimum corpus dignè percipere mereamur. Qui vivis, & regnas cum Deo, &c.

*****
***

ORA-

2008 Ministerio de Cultura

# ORATIO.

*Ad Humanitatem Sanctam IeſuChriſti, Domini noſtri.*

SAlve tremendum cunctis poteſtatibus, Caput Domini noſtri JeſuChriſti Salvatoris noſtri, pro nobis ſpinis coronatum, & arundine percuſſum.

Salve ſpecioſiſsima Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti Facies, pro nobis ſputis, & alapis cæſa.

Salvete benigniſsimi Domini noſtri Ieſu Chriſti Salvatoris noſtri Oculi, pro nobis lachrymis perfuſi.

Salve melliflu um Os, Gutturque ſuaviſsimum Domini noſtri Ieſu

2008 Ministerio de Cultura

Ieſu Chriſti, pro nobis felle, & aceto potatum.

Salvete Aures nobiliſsimæ Domini noſtri Ieſu Chriſti Salvatoris noſtri, pro nobis contumelijs, & opprobrijs affectæ.

Salve Collum humile Ieſu Chriſti Domini noſtri, pro nobis colaphizatum, Dorſumque ſanctiſsimum pro nobis flagellatum.

Salvete, venerabiles Domini noſtri Ieſu Chriſti Manus, & Brachia, pro nobis in Cruce extenſa.

Salve Pectus mitiſsimum Domini noſtri Ieſu Chriſti Salvatoris noſtri, pro nobis in Paſsione conturbatum.

Salve Latus glorioſum Domi-

ni

2008 Ministerio de Cultura

ni noſtri Ieſu Chriſti, pro nobis lanceà militis per foratum.

Salvete Domini noſtri Ieſu Chriſti Salvatoris noſtri ſacra miſericordiæ Genua, pro nobis in oratione flexa.

Salvete Domini Ieſu Chriſti Salvatoris noſtri pedes, pro nobis clavis afixi.

Salve totum Corpus Ieſu Chriſti Domini noſtri, pro nobis in Cruce ſuſpenſum, vulneratum, mortuum, & ſepultum.

Salve Sanguis pretioſiſsime de Corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti Salvatoris noſtri, pro nobis effuſe.

Salve Sanctiſsima Domini noſtri Ieſu Chriſti Anima in Cruce

pro

2008 Ministerio de Cultura

pro nobis in manus Patris commendata.

IN eadem commendatione tibi commendo hodie, & quotidie animam meam, vitam meam, cor, & corpus meum, omnes ſenſus, & actus meos, omnes amicos, benefactores, filios, & conſanguineos meos, animas parentum, fratrum, ſororum, & omnium amicorum, ac inimicorum meorum, vt nos protegere, liberare, & defendere digneris ab omnibus inſidijs inimicorum noſtrorum, viſibilium, & inviſibilium, nunc, & in perpetuum. Amen. *Pater noſter. Ave Maria.*

***

2008 Ministerio de Cultura

# OFFICIUM

## DEVOTISSIMUM DE PASſione Domini ex Seraphico Doctore Divo Bonaventura, tom. 6. part. 1. opuſculorum fol. 436.

### AD MATVTINVM.

Domine labia mea aperies, & os meum anuntibit, &c.

### INVITATORIVM.

Chriſtum captum, & deriſum, flagelatum, & crucifixum. Venite adoremus.

G *Pſalm.*

2008 Ministerio de Cultura

*Pſalm.* Venite, &c.

HYMNVS:

IN paſsione Domini,
qua datur ſalus homini;
ſit noſtrum refrigerium,
& cordis deſiderium.
Portemus in memoria
dolores, & oprobria,
Chriſti Coronam ſpineam:
Crucem, clavos, & lanceam:
Et plagas ſacratiſsimas
omni laude digniſsimas,
acetum, fel, arundinem;
& mortis amaritudinem.
Hæc omnia nos ſatient;
& dulciter inebrient,
nos repleant virtutibus;
& glorioſis fructibus.
Te Crucifixum colimus,

&

2008 Ministerio de Cultura

& toto corde poſcimus;
vt nos Sanctorum cœtibus
coniungas in Cœleſtibus.
Laus honor Chriſto vendito,
& noſtri cauſa prodito
paſſo mortem pro Populo
in aſpero patibulo. Amen.
*Aña.* Inſurrexerunt.

*Pſalmus* 2.

QVare fremuerunt gentes:
& populi meditati ſunt
inania?

Aſtiterunt Reges terræ, & principes convenerunt in vnum adverſus Dominum, & adverſus Chriſtum eius.

Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum.



2008 Ministerio de Cultura

Qui habitat in Cœlis irridebit eos: & Dominus ſubſanabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira ſua; & in furore ſuo conturbabit eos.

Ego autem cõſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion Montem Sanctũ eius prædicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Poſtula à me, & dabo tibi Gentes in hæreditatem tuam: & poſeſionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli cõfringes eos.

Et nunc Reges intelligite: Erudimini, qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore; & exultate ei cum tremore.

Aptea

2008 Ministerio de Cultura

Apræhendite diſciplinam ; ne quando iraſcatur Dominus : & pereatis de via iuſta.

Cum exarſerit in brevi ira eius: beati omnes, qui confidunt in eo. Gloria Patri, &c.

*Aña.* Inſurrexerunt in me viri ſine miſericordia, & non pepercerunt animæ meæ.

℣. Reliqui domum meam ; dimiſsi hæreditatem meam.

℟. Dedi dilectam animam meam in manus peccatorum.

Pater noſter, & *Abſolutio.* Paſsio Domini noſtri Ieſu-Chriſti perducat nos ad gaudia paradiſi. Amen. Benedictio. Iube Domne benedicere. Per ſuam Paſsionem det nobis Dominus ſuam benedictionem. Amen.

*Lec.*

2008 Ministerio de Cultura

*Lectio. I.*

APrehendit Pilatus Ieſum, & flagelavit eum. Et milites plectentes Coronam de Spinis impoſuerunt Capiti eius, & veſte purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Iudeorum. Et dabant ei alapas, & expuerunt in eum; acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Tu autem, &c.

℟. Ecce vidimus eum non habentem ſpeciem, neque decorem, aſpectus eius in eo nō eſt, hic peccata noſtra portavit, & pro nobis dolens. * Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, cuius livore ſanati ſumus. ℣. Vere languores noſtros ipſe abſtulit,

&

2008 Ministerio de Cultura

& infirmitates noſtras ipſe portavit. Ipſe, &c.
Benedictio. Iube Dñe. benedicere. Per virtutem Sanctæ Crucis perducat nos Dñus. ad gaudia veræ lucis. Amen.

*Lectio II.*

SVſceperunt ergo milites Ieſum, & duxerunt, & baiulãs ſibi Crucem, exivit in eum, qui dicitur Calvarij locus, Hebraice autem Golgata, vbi eum Crucifixerũt, & cum eo alios duos hinc, & inde, medium autem Ieſum. Ieſus autem dicebat: Pater, dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt. Tu autem, &c.
℟. O vos omnes, qui tranſit is per viam,

2008 Ministerio de Cultura

viam, attendite, & videte. ℟ Si eſt dolor veſter ſimilis vt dolor meus. ℣. Attendite vniverſi populi, & videte dolorem meum. Si eſt dolor, &c.

Benedictio. Iube Dñe. benedicere. Sanguinis Chriſti aſperſio, ſit nobis ſempiterna ſalus, & protectio. Amen.

*Lectio III.*

POſtea ſciens Ieſus, quia omnia conſumata ſunt, vt impleretur Scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat poſitum plenum aceto. Illi ergo ſpongiam plenam aceto hyſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Et cum accepiſſet acetum dixit: Conſumatum eſt, & inclinato Capite tradidit ſpiritum. Tu autem, &c.

℟.

2008 Ministerio de Cultura

℟. Teneb æ factæ ſunt dum Crucifixiſſent Ieſum Iudei, & circa horam nonam exclamavit Ieſus voce magna: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* Et inclinato capite, emiſsit Spiritum ℣. Exclamans Ieſus voce magna ait: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Et inclinato capite, &c. Gloria Patri, &c. & inclinato capite.

## AD LAVDES.

Deus in adiutorium meum intẽde, &c.

*Aña.* Contumelias.

*Pſalmus.* 12.

VSquequo Dñe. oblivifceris me in finem? Vſquequo

aver

2008 Ministerio de Cultura

avertis faciem tuam à me?
Quandiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?
Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? Reſpice, & exaudi me Domine Deus meus.
Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus: prævalui adverſus eum.
Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperavi.
Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi & pſalam nomini Domini altiſsimi. Gloria Patri, &c.
*Aña.* Contumelias, & terrores

paſſus

2008 Ministerio de Cultura

paſſus ſum ab eis, & Dominus mecum eſt tãquam velator fortis.

*Capitulum.*

SPiritus oris noſtri Chriſtus Dominus, captus eſt pro peccatis noſtris, cui diximus in vmbra tua vivemus in gentibus.

## HYMNVS.

CHriſtum ducẽ, qui per Crucẽ,
redemit nos ab hoſtibus
laudat cætus noſter lætus
exultet Cœlum laudibus
Pæna fortis tuæ mortis;
& ſanguinis effuſsio
corda terant, vt te quærant
Ieſu noſtra Redemptio.
Per felices cicatrices
ſputa, flagela, verbera,

nobis

2008 Ministerio de Cultura

nobis grata ſunt collata
æterna Chriſti munera.
Noſtrum tangat cor, vt plangat
tuorum ſanguis vulnerum,
inquo toti ſimus loti
conditor almæ ſiderum.
Paſsionis tuæ donis
ſalvator nos inebria,
qua fidelis dare velis
æterna nobis gaudia. Amen.
℣. Dedit percutienti ſe maxilam:
℟. Fuit ſaturatus oprobrijs.

*Ad benedictus.* Aña.

PRoprio filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Kyrie Eleyſon, Chriſte Eleyſon. Kyrie Eleyſon.

********

***

ORA-

2008 Ministerio de Cultura

# ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora matutina pro nobis cõſpui, & alapis cædi voluiſti, & cum gloria à mortuis reſurrexiſti, fac nos contumelias, & opprobia pro tui nominis gloria portare, fac nos reſurgere ad virtutes à vitijs, vt te videre poſsimus in Galilea cũ Diſcipulis. Qui vivis, & regnas.

*Commemoratio de B. Virg. Maria.*

MAriæ nunciatur, quod à Judeis perfidis Chriſtus captivatur, & toto corde tremuit, & male tractabatur.

℣. Nũquã mater pertulit dolores.

℟. Vt Maria filij conſiderans livores.

ORA-

2008 Ministerio de Cultura

## ORATIO.

PIetatem tuam quæſumus Domine, qua pro nobis mortem ſubijſti temporalem, nec proprio corpori, nec materno dolori parcere voluiſti: fac, vt nos tuæ, matris que paſsionis memores vobiſcum felicitatis perpetuæ ſimus participes. Qui vivis, & regnas, &c.

## AD PRIMAM.

Deus in adiutorium meum intentende, &c.

## HYMNUS.

TV qui velatus facie
fuiſti ſol iuſtitiæ
flexus illuſus genibus
cæſus quoque verberibus.
Te petimus attentius,



2008 Ministerio de Cultura

vt ſis nobis propitius,
& per tuam clementiam
perduc nos ad gloriam.

Laus, honor Chriſto vendito,
& noſtri cauſa prodito
paſſo mortem pro populo
in aſpero patibulo. Amen.

*Aña.* Faciem meam.

*Pſalmus.* 42.

IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo, & doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repuliſti, & quare triſtis incedo dũ affligit me inimicus?

Emite lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum

tuum,

2008 Ministerio de Cultura

tuum, & in tabernacula tua:

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuventutem meam.

Confitebor tibi in cythara Deus Deus meus; quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus. Gloria Patri, &c.

*Aña.* Faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me.

*Capitulum.*

REcogitate eum, qui talem ſubſtinuit contra ſemeptipſum à peccatoribus contradictionem, vt non fatiguemini animis veſtris deficientes.

℣.

2008 Ministerio de Cultura

℣. Cum malediceretur non maledicebar.
℟. Et cum pateretur non comminabatur.
℣. Domine Exaudi, &c. ℟. Et clamor meus, &c.

ORATIO.

DOmine Jeſu Chriſte, qui hora diei prima pro nobis peccatoribus Pilato iudici es preſenatatus, & Mariæ Magdalenæ aparuiſti, apparere nobis per internã gratiã, & da reis verã pænitentiã: vt de malis, quæ commiſsimus nos diſtincte iudicemus, ne in extremo iuditio deputemur ſuplicio, ſed tuis fidelibus aſotiemur in cæleſtibus. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre, &c.



2008 Ministerio de Cultura

## AD TERTIAM.

Deus in adiutorium, &c.

### HYMNVS.

HOræ qui ductus tertia
fuiſti ad ſuplitia
Chriſte ferendo humeris
crucem pro nobis miſeris.
Fac nos ſic te diligere,
ſanctam que vitam ducere,
vt valeamus requie,
frui cœleſtis patriæ.
Laus, honor Chriſto vendito;
& noſtri cauſa prodito
paſſo mortem pro populo
in aſpero patibulo. Amen.

*Aña.* Dominus tanquam.

*Pſalmus 63.*

EXaudi Deus orationem meam cum deprecor: à timo-



2008 Ministerio de Cultura

re inimici eripe animam meam.

Protexiſti me à conventu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt vt gladium linguas ſuas; intenderunt arcum rem amaram; vt ſagitent in occultis immaculatum.

Subito ſagitabunt eum, & non timebunt: firmaverunt ſibi ſermonem nequam.

Narraverunt, vt abſconderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos?

Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Accedet homo ad cor altum; & exaltabitur Deus.

Sagitæ parvulorum factæ ſunt



2008 Ministerio de Cultura

plegæ eorum: & infirmitatæ ſunt contra eos linguæ eorum.

Cõturbati ſunt omnes, qui videbant eos: & timuit omnis homo.

Et anuntiaverunt opera Dei, & facta eius intellexerunt.

Letabitur Iuſtus in Domino, & ſperabit in eo, & laudabũtur omnes recti corde. Gloria Patrri, &c.

*Aña.* Dominus tãquam ovis ad occiſsionem ductus eſt, & non aperuitos ſuum.

*Capitulum.*

CHriſtus paſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius, qui peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore eius.

℣. Propoſito ſibi gaudio ſubſtinuit Crucem. ℟.

2008 Ministerio de Cultura

℟. Confuſione contempta. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſon, Kyrie eleyſon.

## ORATIO.

Dñe. JeſuChriſte, qui hora diei tertia dura pro nobis ſubſtinuiſti verbera, & corda fidelium tuorum Sancti Spiritus infuſione feciſti flammantia, da nobis malũ, quod fecimus digna caſtigatione punire, & flammas vitiorum noſtrorum laccrimis compunctionis extingue: vt dum de foris intus affligimur, tui Spiritus dulcedine conſolari mereamur. Qui vivis, & regnas, &c.

## AD SEXTAM.

Deus in adiutorium, &c.

HYM-

2008 Ministerio de Cultura

## HYMNVS.

CRucem pro nobis ſubijt,
& ſtans in illa ſitijt
Jeſus Sacratis manibus,
clavis forisque pedibus.
Honor, & benedictio
ſit Crucifixo Filio,
qui nos ſuo ſuplitio
redemit ab exilio.
Laus, honor Chriſto vendito;
& noſtri cauſa prodito
paſſo mortem pro populo
in aſpero patibulo. Amen.

*Aña.* Poſſuerunt.

*Pſalmus.* 115.

CRedidi propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.

Ego dixi in exceſu meo: omnis homo mendax. Quid

2008 Ministerio de Cultura

Quid retribuam Domino: pro omnibus, quæ retribuit mihi?

Calicem ſalutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.

Vota mea Domino redam coram omni populo eius; præcioſa in cōſpectu Dn̄i. mors Sāctorū eius.

O Domine quia ego ſervus tuius: ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.

Dirupiſti vincula mea; tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Dn̄i invocabo.

Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini in medio tui Hieruſalem. Gloria Patri, &c.

*Añ.* Poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam, Jesvs Nazarenus Rex Iudeorum.



2008 Ministerio de Cultura

*Capitulum.*

TRadet autem iudicanti ſe in iuſte: quia peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitiæ vivamus, cuius livore ſanati ſumus.

℣. Oblatus eſt, quia ipſe voluit.
℟. Et peccata noſtra ipſe portavit. Kyrie Eleyſon, Chriſte Eleyſõ Kyrie Eleyſon, Dñe. Exaudi, &c.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei ſexta pro ſalute noſtra manus in cruce expandiſti, & quinque vulnera pertuliſti, ad te confugientes brachijs miſericordiæ clementer ſuſcipe, & vulnera

mentis

2008 Ministerio de Cultura

mentis noſtræ tuo ſana medicamine,& purgati à peccatorum ſordibus, templum efficiamur Spiritus Sancti. Qui vivis, &c.

## AD NONAM.

Deus in adiutorium meum, &c.

### HYMNVS.

BEata Chriſti paſsio,
ſit noſtra liberatio,
vt per hanc nobis gaudia
parata ſint cæleſtia.

Gloria Chriſto Domino,
qui pendes in patibulo
clamans: Emiſit Spiritum;
mundumque ſalvans perditum.

Laus, honor Chriſto vendito,
& noſtri cauſa prodito
paſſo mortem pro populo
in aſpero patibulo. Amen.

Añ. Et cum accepiſſet. Pſal.

2008 Ministerio de Cultura

*Pſalmus*. 141.

VOce mea ad Dominum clamavi: voce mea ad Dominum deprecatus ſum.

Effundo in conſpectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipſum pronuntio.

In deficiēdo ex me ſpiritum meum, & tu cognoviſti ſemitas meas.

In via hac, qua ambulabam; abſconderunt laqueum mihi.

Conſiderabam ad dexteram, & videbam, & non erat, qui cognoſceret me.

Perijt fuga à me; & non eſt qui requirat animam meam.

Clamavi adte Domine; dixi: tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium.

In-

2008 Ministerio de Cultura

Intende ad depræcationem meã am, quia humiliatus ſum nimis.

Libera me à perſequẽtibus me quia confortati ſunt ſuper me.

Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti donec retribuas mihi. Gloria Patri, &c.

*Aña.* Et cum accepiſſet Iesvs acetum dixit: conſumatum eſt. Et inclinato capite, emiſit ſpiritũ.

*Capitulum.*

DEcebat eum per quem omnia, & propter quem omnia facta ſunt, qui multos filios in gloriam adduxerat, Autorem ſalutis eorum per paſsionem conſumari.

℣. Tradidit in mortẽ animã ſuã.

℟.

2008 Ministerio de Cultura

℞. Et cum viris ſceleratis deputatus eſt. Kyrie Eleyſon, Chriſte Eleyſon, Kyrie Eleyſon. Domine exuadi, &c.

## ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte, qui hora diei nona pro ſalute noſtra humana in mortem animam tuam tradidiſti, & cœlos aſcendiſti, vivifica corda noſtra per inffuſionem tui amoris, vt te diligere, menteque Cæleſtibus inhærere, & mortem tuam noſtræ carnis morrificatione immitari valeamus: vt dum tua paſsione participes efficimus, tuæ conſolationis nos facias eſſe conſortes. Qui vivis, &c.

AD-

2008 Ministerio de Cultura

## AD VESPERAS.

Deus in adiutorium, &c.

*Aña.* Dignus eſt.

*Pſalmus.* 29.

EXaltabo te Dñe, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

Domine Deus meus clamavi ad te; & ſanaſti me.

Domine deduxiſti ab inferno animam meam: ſalvaſti meã deſcendentibus in lacum.

Pſalite Domino ſancti eius, & cõfitemini memoriæ ſanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.

Ad veſperum demorabitur fletus; & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea:

2008 Ministerio de Cultura

mea: non monebor in æterum:
Domine in voluntate tua, præſtitiſti decori meo virtutem.
Avertiſti faciem tuam à me: & factus ſum conturbatus.
Ad te Dñe. clamabo: & ad Deũ meum depræcabor.
Quæ vtilitas in ſanguine meo: dum deſcendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi pulvis: aut anuntiabit veritatem tuã?
Audivit Dominus, & miſertus eſt mei: Dominus factus eſt adiutor meus.
Convertiſti planectum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccũ meũ, & circũdediſti me lætitia.
Vt cantet tibi gloria mea, & nõ compungar: Dñe. Deus meus in
æter-
2008 Ministerio de Cultura

æternum confitebor tibi. Gloria. Patri, &c.

*Aña.* Dignus eſt Dñe. accipere librum, & apperire ſeptem ſignacula eius; quoniam occiſſus es, & redemiſti nos Deo in sãguine tuo.

*Capitulum.*

VIdimus Ieſum propter paſsionem mortis ſuæ, gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.

HYMNVS.

QVi præſura mortis dura
ſol iuſti nexus criminum,
nos ad pacem duc veracem
Ieſu Corona Virginum.

Inflagelis potum fellis
bibiſti amariſsime;
pro peccatis perpetratis

æterne

2008 Ministerio de Cultura

æterne Rex altiſsime.

Tuæ genti recolenti
tuæ mortis ſupplitium,
da virtutem, & ſalutem
Chriſte Redemptor omnium.

In amara Crucis ara
fudiſti rivos ſanguinis,
Ieſu digne Rex benigne
conſors paterni luminis.

Sanguis Chriſti, qui fuiſti
peremptor hoſtis invidi,
fac ſitire, da venire
ad cœnam Agni providi. Amen.

℣. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum.

℟. Quia livore eius ſanati ſumus.

Ad Magnificat. *Aña.*

RECeſsit paſtor noſter bonus fons aquæ vitæ, quia animã ſuam

2008 Ministerio de Cultura

ſuam poſuit pro ovibus ſuis, & pro ſuo grege mori dignatus eſt. Kyrie eleyſon, Chriſte eleyſõ Kyrie eleyſon. Dñe. Exaudi, &c.

## ORATIO.

Domine Ieſu Chriſte, qui hora diei veſpertina Diſcipulis tuis corporis, & ſanguinis tui tradidiſti myſteria, & de cruce depoſitus es, depone mẽtis noſtræ vitia, & perpetrata ſcelera, vt cũ pura conſcientia eadem ſumamus miſteria, vt ſint nobis in remediũ hic, & in perpetuũ. Qui vivis, &c.

*Commemoratio B. Virginis Mariæ.*

*Aña.* Regina Clementiæ Virgo Mater Chriſti cum videres filium tuum in Cruce mori, nullus dolor ſimilis tuo dolori.



2008 Ministerio de Cultura

℣. Quæ matris anguſtias poſſet lingua fari?

℟. Cum videret filium in Cruce levari?

## ORATIO.

DOmine Jeſu Chriſte Virginis Mariæ fili dulciſsime, qui cum proditore cœnaſti, deinde captus viliter tractatus fuiſti; præſta quæſumus, vt qui tibi, & tuæ Sãctiſsimæ genitrici compatimur, vobiſcum manere ſine termino mereamur. Qui vivis, &c.

## AD COMPLECTORIVM.

Converte nos Deus, &c.

℟. Et averte iram, &c.

Deus in adiutorium, &c.

Añ. Plangent eum.

*Pſalm*

2008 Ministerio de Cultura

*Pſalmus. 87.*

DOmine Deus ſalutis meæ: in die clamavi, & nocte corã te.

Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquavit.

Eſtimatus ſum cum deſcendẽtibus in lacum: factus sũ ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos liber

Sicut vulnerati dormiẽtes in Sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.

Poſuerũt me in laqueo inferiori: in tenebroſis, & in vmbra mortis.

Super me cõfirmatus eſt furor



2008 Ministerio de Cultura

tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.

Longe feciſti notos meos à me: poſuerũt me abominationem ſibi.

Traditus ſum, & nõ egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Clamavi ad te Dñe: tota die expandi ad te manus meas.

Nunquid mortuis facies mirabilia; aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in Sepulcro miſericordiam tuam: & veritatem tuam in perditionem?

Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua: & iuſtitia tua in terra oblivionis?

Et ego ad te Dñe. clamavi: & mane oratio mea præveniet te.

Vt

2008 Ministerio de Cultura

Vt quid Domine repellis oratio-
nem meã: avertis faciẽ tuam à me?

Pauper ſum ego,& in laboribus
à iuventute mea: exaltatus autem
humilliatus ſum, & conturbatus.

In me trãſierunt iræ tuæ:& ter-
roris tui conturbaverunt me.

Circundederunt me ſicut aqua:
tota die circundederũt me ſimul.

Elongaſti à me amicum, & pro-
ximum; & notos meos à miſeria.

Gloria Patri, &c.

*Aña.* Plangent eum quaſi Vnige-
nitum; quia Inocens Dominus
occiſſus eſt.

## HYMNVS.

QVi iacuiſti mortuus,
impetra Rex innocuus
fac nos in te quieſcere

Sanct

2008 Ministerio de Cultura

Sanctamque vitam ducere.

Sucurre nobis Domine,
quos redemiſti Sanguine;
& duc nos ad Cæleſtia
æternæ pacis gaudia.

Laus honor Chriſto vendito,
& noſtri cauſa prodito,
paſſo mortem pro populo
in aſpero patibulo. Amen.

*Capitulum.*

CHriſto in carne paſſo, & vos eadē cogitatione armamini.

℣. Et factus eſt in pace locus eius.

℟. Et habitatio eius in Sion.

*Aña. Ad nunc dimittis.*

SAlvator mundi ſalva nos, qui per Crucem, & Sanguinem redemiſti nos; auxiliari nobis te deprecamur Deus noſter. Kyrie

eley,

2008 Ministerio de Cultura

eleyſon, Chriſte eleyſon Kyrie eleyſon. Domine exaudi, &c.

ORATIO.

DOmine Ieſu Chriſte cuius ſudor hora completorij præ triſtitia animæ factus eſt Sangui neus, & eſt ſepultus, à mulieribus es lamentatus; aufer à nobis triſtitiam, & da veram lætitiam, & à vanitate ſæculi nos veraciter ſepeli: & educ de oculis noſtris lacrymas piæ compaſsionis, vt dum defiemus tua, à te conſolari mereamur hic, & in Cæleſti curia. Qui vivis, &c.

*ORATIO S. AVGVSTINI AD CHRIStum Dominum noſtrum.*

DEus, qui pro redemptione mundi voluiſti naſci, circum-

cumcidi; à Iudæis reprobari, à Iuda traditore oſculo tradi, vincu lis alligari, ſicut agnus innocens ad victimã duci, atque cõſpectibus Annæ, Caipæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, à falſis teſtibus accuſari, flagellis, & opprobrijs vexari, ſputis conſpui, ſpinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari, veſtibus exui, Cruci clavis affigi, in Cruce levari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, & lancea vulnerari: Tu, Domine, per has ſanctiſsimas pœnas tuas, quas ego indignus recolo, & per ſanctam Crucem, & mortem tuam libera me à pœnis inferni, & perducere digneris quò perduxiſti Latronem tecum crucifixum;

2008 Ministerio de Cultura

fixum. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

*ANTIPHONA, Y ORACION, QVE SE hallò en la Santa Hermita de Monſalud, quando vinieron à ella los Monges de Scala Dei, como conſta de ſu Hiſtoria al fol. 183. es rogativa contra mal de rabia.*

*Aña.* Sancta Dei genitrix Virgo ſemper Maria intercede pro nobis ad Dominum noſtrum. ℣. In omni tribulatione, & anguſtia. ℟. Sucurre nobis Pijſsima Virgo Maria.

OREMVS.

SVbveniat nobis Domine, quæſumus, Pijſsima Virgo Maria, montis ſalutis, ſpes noſtra, & ſalus;

2008 Ministerio de Cultura

lus, & ſit tecum de neceſsitatibus noſtris ſolicita, quæ pro nobis Mater Domini noſtri Ieſu-Chriſti ſalutifera eſt efecta. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

## EXERCICIO QVOTIDIANO.

YO os adoro, Dios mio, Santiſsima Trinidad, Padre, Hijo, y Eſpiritu Santo, tres Perſonas, y vn ſolo Dios.

Me humillo en el abiſmo de mi nada, debaxo del acatamiento de vueſtra Mageſtad.

Os creo firmiſsimamente, y pondrè mil vidas, por teſtificar todo aquello, que os aveis dignado de hazerme entender por medio de la ſagrada Eſcritura, y de vueſtra Santa Igleſia.

Pon-

2008 Ministerio de Cultura

Pongo toda mi eſperanza en vos, y quanto puedo aver de bie-nes eſpirituales, y temporales, aſsi en eſta vida, como en la otra; todo lo deſeo, eſpero, y quiero ſolo de vueſtras manos, Dios mio, vida mia, y ſola eſperança mia, y em-plearlos en vueſtro agrado.

A vos entrego por oy, y para ſiempre mi cuerpo, y mi alma, mis potencias, memoria, entendimiẽ-to, y voluntad, y todos mis ſen-tidos.

Proteſto, que no conſiento, ni quiero conſentir ( en quanto es en mi ) en coſa que ſea la minima ofenſa de vueſtra Mageſtad.

Propongo firmemente de em-plearme cõ todo mi sèr, en el ſer-vicio, y gloria vueſtra. Eſtoy

2008 Ministerio de Cultura

Eſtoy prōpto à recibir qualquier trabajo que me viniere de vueſtras manos, por daros guſto.

Quiſiera emplearme todo à fin que vueſtra Mageſtad fueſſe ſervido, glorificado, y amado de todos los hombres del mundo.

Me gozo ſumamente de vueſtra eterna felicidad, y me alegro que ſeais tan glorioſo en el Cielo, y en la tierra.

Os doy infinitas gracias, por los beneficios que yo, y todo el mundo hemos recibido, y recibimos de vueſtra Mageſtad.

Amo à vueſtra bondad, por ella miſma, con todo el afecto de mi corazon, y de mi alma, y quiſiera ſaberos amar, como os han

amado

2008 Ministerio de Cultura

amado los Angeles, y los Juſtos, con el amor de los quales junto el imperfectiſsimo amor mio.

Ofrezco à vueſtra Mageſtad, con los meritos de los Santos, de la Virgen Santiſsima, y de Chriſto nueſtro Señor, mis obras para ſiempre, bañandolas cõ la precioſa ſangre de Jesvs mi Redemptor.

Tengo intencion de lograr quantas indulgencias puedo en las acciones, y obras deſte mes, y dia; y de aplicarlas por modo de ſufragio, por las Animas del Purgatorio, por mano de Maria SSma.

Tambien tengo intencion de ofrecer todo aquello que puedo, en penitencia, y ſatisfaccion de mis pecados.

Dios

2008 Ministerio de Cultura

Dios mio, por ſer vos infinita-mente digno de ſer amado, y ſervido, porque ſois quien ſois, me duelo, y me arrepiento, quanto mas puedo, de todos mis pecados, y me diſguſta mas que todo otro mal. Pido humilmente perdon, y propongo firmemente de nunca mas ofenderos en adelante.

Quedo en vueſtras Llagas, Jesvs mio, tenedme, y dilatadme dentro de ellas oy, y ſiempre, haſta que me cõcedais veros, y amaros eternamente. Amen.

JESVS, JOSEPH, MARIA.
Os doy el corazon, y el alma mia.

*Oracion al Santo Angel de la Guarda.*

GLorioſo, y amantiſsimo Angel, ſeñalado por la clemencia,

cia,

2008 Ministerio de Cultura

cia, y providēcia divina para compañero mio, Guarda fiel, y defenſor fuerte contra las aſſechanças, y aſtucias de nueſtro comun enemigo: cō quāto rēdimiento, y devociō puedo, te doy las gracias por el cuydado, y vigilācia, cō que ſolicitas mi ſalvaciō: ruegote con humildad, pidas à la Mageſtad de Dios me dè luz, para q̄ vea los peligros, y lazos que el enemigo me pone, fortaleza para huir de ellos, gracia para guardar ſu Ley Sāta, para ſer deſpues de eſta vida, compañero tuyo en la gloria. Amen.

## ORACION *AL* GLORIOSO *SAN* MIGUÈL *Archangel.*

OMnipotente, ſempiterno, y clementiſsimo Dios, y Señor

2008 Ministerio de Cultura

ñor nueſtro, que para la ſalud del linage humano, por tu ſuma clemencia, ſeñalaſte al glorioſiſsimo Archangel S. Miguèl por Principe, y defenſor de la Igleſia, y para que reciba las almas de los Fieles, y las preſente en vueſtro divino acatamiento: concedenos, piadoſiſsimo Señor, que cõ el ſocorro, y ſubſidio de eſte glorioſo Principe, ſeamos defendidos de todos nueſtros enemigos, y en la hora de nueſtra muerte, libres de ſus aſſechanças, ſeamos preſentados ante vueſtra divina preſencia, para alabaros en las eternidades de gloria.

Amen.

LAVS DEO.

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

2008 Ministerio de Cultura

AY
AR
EST.
TAB
N.º

Ministerio de Cultura

AYUNTAMIENT
DE MURCI
ARCHIV

EST.e 2

TAB.a A

N.o 2

2008 Minis